valeo ~~propter~~ ob carnis infir-
mitatem, sed in ipso amplius
affligor, quod a predilecto mari-
to avellor, vim mihi inferens.
Quae ipsa surgens de lecto mari-
ti in secreciorem locum fece-
dens, manibus ancillarum
fortiter et sine misericordia
verberari se fecit sicque ad
lectum rediit. Et hoc frequen-
ter eam fecisse constat, ex
quo obedienciam fecerat
Magistro Conrado. Attamen
ante illud tempus in qua-
dragesima et in sextis feri-
is quandoque eam fecisse
certum est. Absente vero
marito in vigiliis, in verberi-
bus et castigacionibus multis
noctes deducebat. Ecce in tali
martyrio ~~et castigacionibus~~
sancta Elyzabeth passionibus
Christi conformare se studuit.
Cum tria sint genera marty-
rii, sicut scribit beatus Grego-
rius, videlicet in sanguinis ef-
fusione, in assidua carnis ma-
ceracione et in proximorum
compassione, nullius horum
expers ~~extitit~~ Elyzabeth.
Sicut dictum est usque ad
sanguinem virgis acutissi-
mis se verberavit, vigiliis
jejuniis, oracionibus et mul-
tis aliis incommodis corpus
suum cotidie mortificavit,
ita ut dicere posset cum